

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia o  
cum fonte primo

Pauperiorem se iudicat omnis abundans,  
quia sibi deesse arbitratur quicquid ab aliis possidetur;  
toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates,  
ei autem qui fidelis est totus mundus diuiciarum est;  
toto mundo fugit qui considerans  
conscienciam suam timet deprehendi.

Ambrosius ibidem (in libro de Nabuthe).

Pauperiorem enim se iudicat omnis abundans,  
quia sibi deesse arbitratur quidquid ab aliis possidetur.  
Toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates;  
eius autem qui fidelis est totus mundus diuitiarum est.  
Toto mundo fugit qui considerans  
conscientiam suam metuit deprehendi.

Ambrosius Mediolanensis, *De nabuthae*, 12 (CSEL  
32/2, C. Schenkl ed., p.496, ll.1-5).